



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 86. Alexandri Capraræ Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. obstitissent Batavi: Ad Rhenum foede-
 A. C. 1711. ratorum dissidia expeditionem apparatam
 magno, ac majore strepitu cæptam, ir-
 ritam ad extremum cassamque reddi-
 derunt: Nec magis sæcunda victoriis
 erat expeditio Hispanica; quamvis e-
 nim Philippus Rex Gerundam Cata-
 launiæ urbem deditione cepisset, Car-
 donæ tamen obsidionem solvere coactus
 est, & Starenbergio Dertosam interce-
 piendi spe frustrato Carolus Rex Au-
 gustam, pluresque alias urbes Philippo
 cessit. Cessante autem armorum stre-
 pitu secreta Gallos inter & Anglos age-
 tabantur pacis consilia, quæ tamen
 nonnisi post biennium Ultrajecti suam
 consecuta sunt maturitatem.

§. LXXXVI.

*Alexandri Capraræ Cardinalis
obitus.*

*Guarnac.
 vit. Pontif.
 t. I. p. 105.
 Vit. Card.
 t. I. p. 156.*

Purpuratorum Collegium hoc anno
 nonnisi duorum mortem luxit, quos
 inter primus erat Alexander Capraræ
 patria Bononiensis. Hic non modo
 natalium splendore, sed vel maxime
 literarum præstantia, & virtutum stu-
 dio dignissimus Majorum suorum hæ-
 res, Bononiæ emenso Philosophiæ &
 Theologiæ cursu totum se ad Jurispru-
 dentiaæ studia contulit, tamque uberem
 pro-

profectum fecit, ut anno ætatis suæ ^{Sæc. XVIII.}
 vigesimo primo nondum expleto Docto- A. C. 1711.
 rum honoribus, illustri industriæ &
 eruditionis præmio, decoraretur: Ne
 vero collecti ejus fructus sine publicæ
 utilitatis proventu essent, Romam con-
 tendit, quo jamjam prudentiæ, pie-
 tatis, & scientiæ fama, qua noster
 Alexander inclaruit, prævolans, Ju-
 lium Sacchetum Cardinalem, ac *Si-*
gnaturæ, ut vocant, justitiæ Præfectum
 permovit, ut eum sibi Assessorem feli-
 geret, ejusque opera & consilio in gra-
 vissimis causis uteretur. Postea Ale-
 xander a Papa Consistorii Advocatus,
 & Cameræ Auditor nominatus, a Ja-
 cobo II. Angliæ Rege procurandis Re-
 gni negotiis præficiebatur: his officiis
 per plures annos summa cum laude
 defunctus, ad Bononiensis Senatus pre-
 ces Rotæ Auditoribus accensebatur:
 ac demum Pœnitentiariæ Regens di-
 ctus, semper indefessa assiduitate, raro
 animi candore, rectique proposito Ro-
 mana dignus habebatur Purpura, quam
 tamen nonnisi octogenarius a Clemen-
 te XI. obtinuit, adeo tamen viribus &
 animi serenitate adhucdum potens, ut
 quinque S. Congregationibus aggrega-
 tus, impigre onus sustineret, do-
 nec tandem laboribus senioque confe-
 ctus, die nona Junii anno ætatis suæ

Sæc. XVIII. octogesimo quinto decederet: Hæreticam numeratæ pecuniæ scripsit Nicolaum ex Sorore Nepotem, & aliam omnium suorum bonorum. Post eius obitum publicis typis prodire duobus voluminibus decisiones Rotæ Romanæ ab eo collectæ.

§. LXXXVII.

Joannis Mariæ Gabrielii Cardinalis decessus.

Hist. Lexic. Univ. Alter erat Joannes Maria Gabrielius Citte ex nobilissimis, tenuis tamen fortunæ Parentibus Tiferni natus, qui sub Avunculi sui cura Romæ liberalibus disciplinis egregie excultus, studia Philosophiæ secutus est, tantosque profectus fecit, ut nondum emenso decimo quinto ætatis anno in pluribus publicis disputationibus præclara eruditionis & industriæ suæ specimina ediderit, ipsis etiam Præceptoribus suis, aliisque Viris clarissimis atque acutissimis præcoci ingenii maturitatem admirantibus. Annum agebat decimum septimum, dum sanctioris vitæ desiderio incitatus, in Congregatione S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Religiosam vitam profitebatur. Exacto rite tyrocinio, cum non modo ob Monasticæ disciplinæ observantiam, sed etiam Doctrinæ